

1510. in Julio.

681

Sigismundus I. Rex Poloniae Consiliarijs in conventu Romanien: negotium fructiferis practicantibus:

165

Romi ac Rudi in Christo Patres et Dni ac  
Mgi sincere Nobis Dilecti! Coquovimus ex  
Lris Vris, Vos isthic cum Oratoribus Imperialis Ma-  
jestatis, necnon Smm Dni Hungariae Regis et mgr  
Prussiae jam converisse, qui quidem conventus Vester  
est nobis gratus, et spem facit, quod studio et amore,  
quem erga publicum bonum Regi geritis, omnia bono  
cauta, et ex re Nra et commodo Reipublicae componen-  
tur. Rogamus Vos, ut omnia proinde, cauteque aga-  
tis, Sicut melius intelligitis, et tamen expedit, ne  
tediosa expectatione Nos cum Consiliarijs hic Nobis-  
cum existentibus afficiamus, ut Nobis per occasionem  
significetis, quae initia utrinque feceritis, et quor-  
um actionem directuri estis. Scribimus Jacobo Potu-  
rynski ut de exactiombus, quae in defensionem in-  
stituta sunt, det vobis pecuniam in expensas. Vel-  
lenus liberaliores in Vos esse, sed pecuniam in sti-  
pendium militantibus in Russia omnem penie mi-  
simus, quam de Nro subministramus, ne defectus  
eos cogat de praesidio secedere, et hostibus animos  
grasaudi in Dominijs Vris praebeat. 1510.

1510 in Julio

*[Faint, mirrored handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is largely illegible due to fading and bleed-through.]*

*[A faint blue ink mark or stamp, possibly a library or archival mark.]*